

Resultat hinc mixtorum diversitas, quòd alià plus Acidi, alià minus contineant; cuius tamen seminalis proprietas accedit; & sic considerantur corpora naturalia à Physicis.

In applicatione ad Chymiam verò triplex Salium differentia statuitur.

Suntq; vel Alcalia, Acida, vel Enixa.

§. 6 Sal commune nomen est, & tradita in antec. parag. Salium genera indigitat.

Salium autem nomine veniunt nobis particulae acide rodentes mixtorum acresolubiles & activae magis.

Acidum verò est quod propriè rodit, rodendo coagulatur, & cum Alkali mixtum effervescentiam parit.

Alkali verò quamvis egregiè penetret, dissolvat corpora, non tamen corrodit, & Acidis necessario contrariatur.

Ex utroq; quod coagulatur Enixum dictum fractas quasi utriusq; habet Vires, non tamen omni virtute destituitur.

Quod de Salibus dictum, illud quoq; de Spiritibus intelligendum. Neq; enim aliud quidquam sunt illi quam ut eleganter Willisio audiunt, Salium fluores. Scilicet